

xl. b.

4,37



15.

DE

EO QVI MAIOR EST TEMPLO

AD MATTH. XII, COMM. 6.
SCHEDIASMA EPISTOLICVM

AD

VIRVM MAGNIFICVM AC SVMME
REVERENDVM

IOACHIMVM SAMVELEM WEICKHMANNVM

S. THEOL. D. EIVSQUE PROFESS. PVBL. IN ACADEMIA
VITEMBERGENSI

SENATVS ECCLESIASTICI ASSESSOREM AEDIQVE ACADEMICAE
OMNIVM SANCTORVM DICTAE

PRAEPOSITVM

QVO PRAEMISSO
TOTI INCLVTAE VNIVERSITATI
INTER ACTVS

OB

CONSECRATIONEM AEDIS ACADEMICAE RESTAVRATAE
SOLEMNES

A. D. VI. AVG. MDCCCLXX.

QVAECVNQVE FAVSTA PRECATVR

ADAMVS GRENZ

A. M. ET AD AED. B. VIRG. QVAE DRESDAE EST
ECCLESIASTES.

DRESDAE,
LITTERIS HARPETERIANIS.

EO QVI MAIOR EST TEMPLO

SCHEIDELIANA HISTORICAM

VANIS MAGNIS CUM IACOBIS SAVINIS
HABERENDAM

IOACHIMVM SAMBELLVM
WACHHIMANNVM

ATQVE IN HISTORIA ROMANA TULPIS ET GABRIELI

CLAUDIO REINII

ETATIBVS SOCIEITATIS ET HISTORICVS TABERNACULI

HABITATION

TOTI INDIVIDUA UNIVERBILITATI

TRANSPORTU

ETATIBVS EPISTOLARIBVS PIGE MECOMONIUS

SCHEIDELIANA

ATQVE IN AIA



De eo, qui maior est templo.

In gaudia vestra, quæ Vos, VIRI ACADEMIAE SPECTATISSIMI, ob restorationem aedis belli iniuria conflagratae institutis, religionis impulsu quasi allectus, ut quid haberem, quo et meam contestarer pietatem, incido in oraculum ex sacris voluminibus, non tam difficultate laborans, quam nativa quadam iucunditate abundans, et argumentandi efficacia perquam ponderosum. Est vero illud, quod summus nostræ salutis assertor pronunciavit, teste Matthaeo c. XII. comm. 6. inquiens:

Λέγω δὲ ὣμοι, ὅτι τὸ ιερό μετὰ τοῦτον ἔσται ὁ πόλεμος.

Versio Lutheri.

Ich sage aber euch, daß hic der ist, der auch größer ist,
denn der Tempel.

Dignitas sermonis ut per se est eximia, ita exsurgit altius, si ex occasione, quæ optimo Salvatori obveniebat, aestimetur. Sic enim ei inept vis argumenti, quo suae disciplinae alumnos adversus molestas Phariseorum censuras tueri studet, quum hi illis levissimum evulsarum spicarum, manibusque confictarum negotium, ut granorum esu famem depellerent, pro gravi legis sabbaticae violatione imputare vellent,

Cum vero in sermone Salvatoris aliquanto obscurior videatur sensus ad templi commemorationem relatio, ad gradationem argumenti paulo curatius attentendum est.

Enim vero extra templum versabantur discipuli, per sata quippe euntes, quum Pharisei illos incusarent profanationis diei sabbaticae: Iesus autem in sua ipsorum defensione ipsius templi facit mentionem, occasione desumpta ab actionibus ad templum maxime pertinentibus, iisque talibus, quae cum cultu Sabbati arctissime cohaerent. Ab exemplis defensionem inchoat, rationibus corroborat, et sic argumentandi efficacia malevola Pharisaeorum iudicia enervat.

Duoibus exemplis utitur Iesus ad defensionem discipulorum apprime facientes: altero ad esum, altero ad operam spicas in manibus conterendi spectante. Sapientissime provocat ad exemplum Davidis, in simillimo casu cum discipulis Iesu versantis *a*), correptione haud obscura, quod volentes scire nolint, quae in voluminibus sacris in usum doctrinae morumque sint consignata. Davides enim, quem profugum esse oportebat, ob rabiosam Saulis iram, fame etiam confli-
ctabatur cum sociis, quorum aliquot secum habebat, ideoque ab Achimelecho, qui sacerdotio Nobae fungebatur, esuriens panes aliquot petebat; Achimelechus vero cum non haberet panem profanum, sacros offerre non dubitabat, si modo casti essent, quos secum haberet, famuli, quorum cum castitatem asseruisset Davides, panibus sacris, qui ex lege non nisi sacerdotibus cedeabant *b*), cuncti vescebantur. Id vero, quod non illicitum esse ob casum necessitatis Achimelechus iudicavit, plane hic approbat Salvator, summus rerum arbiter.

Alte-

a) I. Sam. XXI, 1. 6.

b) Levit. XXIV, 6. 9.

Alterum exemplum a sacerdotibus, eriam diebus Sabbati atque in ipso templo, in victimis mactandis accendendisque ignibus, variisque aliis ad cultum Leviticum spectantibus negotiis, occupatis, desumtum egregie tuebatur levidensem operam discipulorum spicas evulsa manibus conterentium. Ne vero obiici queat, haec ideo pro discipulis nil efficere, cum non exemplis, sed regulis et legibus, vivendum sit, duabus praestruit argumentum suum Iesus rationibus: altera ex necessitate deducta, altera ex sua ipsis, qua pollebat, auctoritate.

Necessitatem non habere legem, est iam tritum sermone proverbium. Dixerim ego, legem non habere impeditentem: habere autem omnino urgenter, feliciter amorem. Amor itaque, lex regia, ubi praecepit, alia non datur potentior. Sui ipsis conservatio est lex universalis ac naturalis, cordibus omnium hominum inscripta, obligans eosdem, ut ea, quae necessario convenient naturae hominis rationali, faciant; ea vero, quae eidem repugnant, omittant: ad hanc etiam leges positivae exigendae sunt. Et ipse Deus de rigore legum Leviticarum decedit, misericordiam, amoris genuini filiam, praferens ipsis sacrificiis c), cuius divinae voluntatis memores esse iuber Iesus inimicos discipulorum censores. Sic itaque necessitas, ex inedia urgente orra, nil admittit, ex quo discipulorum Iesu factum iure culpari possit praevacationis. Superaddit argumento Iesus pondus suae auctoritatis, posita comparatione inter duo, quorum utrumque iure suo magnum habetur, videlicet templum inter, et semetipsum, ascrens, *sé maiorem esse templo*, dominumque etiam Sabbati. Qua itaque ratione templum omnino magna res, Iesus au-

a 3

tem

c) Hof. VI, 6. Mich. VI, 8. Matth. XXIII, 23.

tem illo maior sit, nunc ad vim argumenti intelligendam dispiciemus.

Templum optimo iure magnum censetur, modo exulet abusus et supersticio. Magnum est templum, videlicet domus Dei, focus et elibanus Iehovae, nominis Altissimi monimentum, quo se venturum cultoresque suos fortunaturum promisit, locusque congregationis piorum, quem deserere consultum non est. At vero quam magnus fuerit domus Dei abusus inter Iudeos, et supersticio in sanctuario confidentia, de eo abunde testatur clamora ista de templi gloriacione iteratio, cultu interiori neglecto, qua Prophetarum piorum vitae commendationem urgentium monita eludere docentur profani a falsis Prophetis, superba genii perversae verba suggesterentibus: Templum Iovae, templum Iovae, templum Iovae illi. Ier. VII, 4. Circa hunc locum ingeniosiores, ac opus erat, mihi videntur diversi interpres, intimorem verbis sensum, ob trinam sententiae repetitionem, tribuentes, plurimis, ad tres templi partes, atrium quippe, domum sanctam, et intimius adyutum d): aliis, ad tres annuos populi conventus religiosos e), ut certam numeri rationem eruerent, spectantibus. GLASSIVM rem satius tetigisse crediderim, hanc repetitionem, ex inductione locorum similium, pro sola dictiois emphasi, animique vehementioris signo habentem f): id quod obstinatis

d) SEB. MÜNSTERVS, VATALVVS, GROTIUS aliquique v. Criticos S. in h. l.

e) Chaldaeus interpres, cuius translatione haec habet: Ne confidatis verbis pseudoprophetarum, qui dicunt: Coram templo Domini vos ipsum colitis: coram templo Domini vos sacrificatis:

coram templo Domini vos adoratis: tribus vicibus in anno vos comparatis coram ipso; quomodo fieri possit, ut Deus locum hunc cultumque non respiciat? conf. GLASSIVM in Philol. sacra L. III. Tr. I. de Nomine, can. 5.

f) v. Philol. sacra cit. loc.

tis animis, altiora et sanctiora non facile cogitantibus, magis convenire, ego quidem existimo. Alius vero in hoc sermone me urget scrupulus, quo scilicet commodissime referenda sit particula postrema **הַלָּה** pronomen pluralis numeri, masculini generis, cum **הַ** paragogico, non aliter, quam per Latinorum **illi**, vel etiam per neutrum **illa**, exprimenda. Variae enim interpretum coniecturae me magis ambiguum reddunt, quam quod instruant: insuper et translatores in diversas video abire vias, ita, ut quo pressius quidam eorum textum hebraeum sequuntur, tanto fiant obscuriores g). Hinc si dicam, quod res est, neminem sensum dicti significantius expressisse credo, quam **LVTHERVM**, adverbio loci in germanico, **hie**, et quidem ter positum, adhibentem: **Hie ist des Herrn Tempel, hie x, hie u.** Id quod Lutherum **ἐν Φαρεώ** gratia, **δευτέρως** iuvan-

g) Quidam enim per plurem **הַלָּה illi**, repetitioni additum, tres templi partes designari aiunt: quidam, hanc voculum pro neutrō habentes, ad omnia cultus externi opera referunt, et templum per gentivium reddi volunt: Templi Iehovae sunt **illa**, scil. opera nostra, a Iehova lege imperata, rel. conf. **GLASSIVS c. l.** Quid vero si dicam, **C. F. WILISCHI VUM** in Biblis Parall. Harm. Exegeritis ad hunc locum dilucidius se explicasse, dum particulam **הַמִּזְבֵּחַ** in masculino genere refert ad portas templi, in quarum una stare invenitur Ieremia, ad pronunciandum verbum Domini ad omnes, qui per portas templi introirent, ad adorandum Dominum, v. 2. ita, ut **הַלָּה** respiciat ad **יְהוָה שֶׁ** portas, adeoque ex mente

Iudeorum, Pseudoprophatarum persuasoribus, de cultu suo externo gloriantium, et valde fecorum a periculis, sensus hic sit: Diese Thore sind der Tempel Jeshuah, den wird er nicht verlassen lassen, und uns in der Feinde Hände geben. Ut vero in diadicandis versionibus lectorem quodammodo adjuvem, earum aliquot, quae mihi ad manus sunt, appono, ex quibus apparet, quomodo verbum substantivum in hebreo plane omissum, modo per singularem, modo per pluralem, in versionibus fuerit substitutum.

a) Verbum substantivum in singulari:
LXX Interpr. **Ναὸς νύστις, v. x, v. 7,**
εἰσι.
Latina vulgata: **Templum Domini t. D. t. D. est.**

Castel-

iuvando gestum, fecisse, minime cum fraude primigenii tex-
tus, recte censer R AITHIVS b). At vero hac de templi externi
gloriatione, ad quod erecto quasi digito respiciebant, semet
ipsos templum Domini esse debere, non cogitabant. Ner-
vosa itaque est gravissimi oratoris Io. CHRYSOSTOMI, ubi
huius loci meminit, animadversio, ad sensum Jeremieae gen-
tem suam serio corripientis illustrandum, ita expressa: ἐχέτε
οὐαὶ ὄργησι, Φροντίζετε τὰς συνιόντας ἀλλά εἰ συνιόντες τὸν
ταῦτα ὅργανον ποιεῖτε i).

Turpissimum in primis fuit templi sanctissimi abusus, qui
concessu mercatus aliorumque id generis negotiorum, in atrio
templi, obtinuerat, cuius ipsi fuerunt auctores sacrorum qua-
estuosi antistites. Quam templo illatum iniuriam quum Iesu
perferre nequireret, et magnanimo actu flagello e funiculis con-
fecto mercantes eiceret, mensasque foeneratorum everteret,
ideoque in ius postulatus, et prodigium edere iussus, quo,
fibi

Castellionis: Iovae templum I. t.
I. t. eff.

Italica: Questo è il tempio del Si-
gnore, il &c.

Gallica: C'est ici le temple de l'Éter-
nel, le &c.

Germ. Vlenbergii: Der Tempel des
Herrn x. x. ist bie.

b) Verbum substantivum in plurali:

Seb. Münnsteri: Templum Domini
&c. &c. sunt.

Seb. Schmidii: Templum Iehovae
&c. &c. illi (*suntr.*).

Anglica: The temple of the Lord
&c. &c. are these.

Germanica Piscatoris: Diese Dinge

gehören zum Tempel des Herren,
zum x. x.

Hollandica: Des Heeren Tempel x. x.
zijn dese.

Iudaica Ios. Athiae: Gotts Palast x. x.
seynen sie. Iudeos numerum sin-
gularem לְבָנָה per pluralem red-
dens, sine dubio, Iudeos in hoc
sermone pro subiecto habuisse, cen-
sendus est.

b) in Vindiciis versionis Bibl. germ.
Lutheri ad h. I. p. 225.

i) Operum ex edit. Frontonis Dv-
carii in Orat. adv. Iudaeos, Homil. 34,
p. m. 395.

sibi talia licere, probaret, responsum dedit, et acumine et gravitate conditum, per allusionem ad templi sanctitatem, quam tuebatur in praesenti, de sui ipsius corpore, quod gestabat, in sacrificium pro mundi criminе daturus inquiens: *Dissolvite hoc templum; et ego tribus diebus id excitabo.* Io. II. 19. Perperam intelligebant hoc dictum audientes Iudei, non tam obscuritate dicti impediti, quam potius pravitate mentis excaecati: nullum enim est dubium, quin Iesus haec verba prolocutus, digito intento, seipsum demonstraverit. Malitiosae itaque regerebant: Quadragesima sex annis constructum est hoc templum, et tu id tribus diebus excitabis? O quae temeraria te abripit praesumtio! Probo autem si fuissent Iudei animo, recte monet ad h. l. GROTIUS, in ipso hoc facto miraculum agnoscissent, quod homo unus, nullis instructus humanis viribus, tantam turbam, imperio suo, cedere coegerisset, sola turpis facti conscientia et divinae irae sensu permotos. Sana itaque si mente consideretur sermo Iesu, vis argumenti ei inept et magnifica, & verissima, et ad postulationem Iudeorum perquam accommodata. Cum enim, prodigiorum virtute, qualia idemidem postulabant, eos neutiquam meliores arque ad frugem reddituros, bene perspicaret, pro praesenti nil concedit, pro futuro autem tale spondet miraculum, sui scilicet post mortem, intra triduum, propria virtute restitutionem, maius quippe, quam unquam ab se vidissent, miraculum. Dicto itaque Christi sic fatis perspecto lubens supersedeo commemoratione nefastissimorum convictionum, quibus haec verba sanctissima, Iesu captivo et in mortem tradito, malitiosa et sinistra interpretatione, et testes falsi, et primates populi pervicaces, ogganniebant.

b

Alius

Alius templi, vel loci sacri et sanctuarii, abusus erat securitatis ibi reperiundae opinio, si quis se non tutum putaret metueretque vindictam ^{k)}. De asylorum iure hic non multum disputaturus, aliis magnis viris otium mihi facientibus, id modo hac occasione commoneo, Deum sapientissimum, iustum aequum ac misericordem, nunquam locum sanctitatis suae pro asylo constituisse, sed potius civitates, diversis in locis in terra sancta, sitas. Num. XXXV, 6. Ios. XX, 2. Multi quidem sunt in recensendis iis, quae ad asylorum historiam pertinent, rerum Hebraeorum scriptores, etiam ex ipsis Iudeis; in eo tamen, quod ad loca sacra attinet, nemo eorum certi quid definit, et si quid iuris refugii altari Domini tribuere videtur, variis rem cautionibus ita coercent, ut per quam parum certi remaneat ^{l)}. Quae AINSWORTHUS *Anglus* cum fiducia assertit, ac si, tempore peregrinationis Israelitarum per loca deserta, altare Domini asyli gratiam praefiterit, id magis ille ex loco Exod. XXI, 14. praesumit, quam probat ^{m)}. Nam non de eo quaeritur, quod ex opinione auctusque hominum factum sit, sed quod divina fundetur constitutione. Haec itaque quum desit tempore *Georgicas* inter Israelitas, cum tamen summum Numen curam asyli, in gratiam homicidae, ut a sanguinis vindice tutus esset, tam sollicite testamat fecerit, hanc ego quidem rationem subesse existimo, quod sanctuarium suum Deus non tam in corporis, quam potius in animi, salutem reservaverit, siquidem serio peccatorum poenitentie.

^{k)} Exemplo sunt et Adonia 1. Reg. contulit Io. SELDENVS de L. N. & G. I, s. c. II, 25, et Iobus, 1. Reg. II, iuxta disciplinam Ebraeorum Lib. IV. 28. 34. quorum tamen uterque spe vitae servandae excidit.

^{l)} Variorum opiniones diligenter ^{m)} In der Erklärung aus den Eng-
land. Schriftstellern ad h. l.

nitentibus accessus ad folium gratiae non solum non denegatur, quin potius Deus ipse nobis proponat Iesum Christum *πασίγνων*, per fidem in eius sanguine collocandam, ad demonstrationem iustitiae aequae ac misericordiae suae, ad Rom. III, 25. Si vero ad tempora sequiora deveniamus, asyla in tantum excrevere numerum, ut non solum in eum finem tempora fuerint condita, sed et immunitatis ac persugii privilegium statuis Imperatorum, vexillo Imperatoris in castris, domibus episcoporum, monumentis et sepulcris mortuorum, crucibus erectis, scholis, monasteriis et xenodochiis fuerit attributum *n.*). Quo vero magis patere coepit persugiorum occasio, tanto magis etiam irrepit eiusmodi locorum abusus, qui quomodo atque ubi hodieque in sceleratissimorum hominum tutelam, in que iuris exercendi remorat, obtineat, experientia loquente, me indice non opus est *o*).

Sed redeo ad propositum, quo se templo maiorem esse Salvator profiteretur. Omni enim abuso templi remoto, et vel iustissimi eius aestimatione posita et intellecta, multis tamen modis maior erat Iesu templo et sanctuario Dei. Excelletia Iesu iamiam ex collatione sui cum templo, re omnino magna et sancta, eminet. Si enim dignitas piorum summa in eo ponitur, ut dicantur *νέος Θεός*, 1. Cor. III, 16, quod spiritus Dei in iis habitet et studium sanctitatis promoveat: tanto superior censenda est dignitas Christi, qui templi sanctitatem non

b 2 solum

n.) v. Ios. BINGHAMI Orig. Antiqu. Eccles. Vol. III. Lib. VIII. c. XI. §. 2.

o.) Perquam laudabile studium IV. STINIANI iustitiae servantissimi, in tollendo asylorum abuso, recenset C.H.R. MATTHIAS in Theatro Hist. in Vita Imperatoris p. m. 757. a. et quatenus ius asyli legatis competit, tangit Bv d. DUV in elementis Philos. pract. c. IV. Sect. V. §. 27. p. 289.

solum aequiparat, sed superat, ideoque templo maior omnino dicendus est. Ille enim est templum sanctitatis perfectissimae, quippe in quo omnis habitabat plenitudo Deitatis σωματικῆς, Christo videlicet secundum humanam naturam considerato, Col. II, 9. Ille est dominus templi, quod eius praesentia illustrius reddi debebat. Hanc Messiae excellentiam asseruit R. Moses Gerundensis, inquiens:

קַרְשׁ קָרְשִׁים הוּא הַמְשִׁיחָ מִקְרֹשׁ מִכְנֵי דָוֶר :

Sanctuarium sanctuariorum est ipse Messias sanctificatus ex filii David p).

Quod reliquum est circa locum, quem quodammodo illustrare institueram, non plane reticendam esse puto variam huius oraculi lectionem, quibusdam codicibus neutrum genus μὲλῶν, loco masculini μελῶν, habentibus. Hac vero diversitate quam nec sensus dicti, nec verborum structura quidquam detrimenti capiat, neutro scilicet ad τὸ ἱερόν, masculino ad Christum ipsum relato, haec non moror, praeferens tamen cum plurimis codicibus genus masculinum, quod, ut recte putat WOLFIUS, in Curiis Philolog. ad h. l. Iesus se non templum appellare, sed praerogativam tantum prae eo indicare videatur.

Nervus itaque argumenti ex prioribus deductus et in summam collectus hic est: Si casus necessitatis, ubi vitae vel sanitatis periculum timendum est, tanti est valoris, ut legum positivarum obligationem solvat, quod ex Davidis exemplo colligitur, non sane quid est praevaricationis in facto discipulorum

p) conf. GROTTI annotata ad locum Io. II, 19. in opere Criticorum facr. Tom IV.

lorum, evulsas spicas in manibus confricantium, ut granorum esu famem depellerent. Deinde: Si opera sacerdotum vel maxime laboriosa, et in ipso templo insuma, non incurrit notam profanationis nec templi, nec sabbati, quia ex legis Leviticae constitutione agunt, tanto minus discipulorum leve negotium culpan habet, quum fiat ex lege necessitatis, et me praeſente, qui templo sum longe maior.

Et hoc est, ad quod mea in primis respicit meditatio, dum VOS, Viri spectatissimi, Musarumque Wittebergenſum curatores, de templo feliciter restaurato laetari video. Templum excitaſis, Deo adiutorie, quod olim, ex more ſeculi, in honorem omnium sanctorum exſtructum fuiffe antiqua reſtatur denominatio q.). Etiamſi vero iſta aliquid ſuperſitionis oleat, nos

b 3 tamen

q) Antiquissimum fuiffe morem templa inſignire sanctorum nominibus, obſervant omnes antiquitatum ecclieſiaſt. ferutatores: id vero factum eſſe non ad cultum martyrum, ſed ad memoriam eorum inter vivos conſervandam, BINGHAMVS monet in Orig. Vol. III. L. VIII. c. IX. §. 9. Idem quoque ſolidē demonſtravit, quem fautoris nomine compellare, honori mihi duco, E. F. WERNSDORFIUS in Progr. nupē edito, de hiſtoria templi Conſtantiniani, quod ſub titulo *magistris r̄is. uāzāzāus* innouit. In quantum autem hic moſ degenerarit, doceat fequiorum temporum conſuetudo, memoris testium veritatis in cultum et invocationem eorum converſis. Difertis hoc verbiſ adſtruit IYOCVS CLICH-TOVEVS in Elucidario Ecclesiastico, ad hymnum de Omnibus Sanctis: Christe

redemptor omnium &c. expoſitionis ergo haec ſubiungens: In eo (hymno) ad omnes sanctorum ordines dirigitur oratio: utpote ad Deum, ſacroſanctum Dei matrem, angelicos ſpiritus, ſanctos prophetas, apoftolos, martyres, confeſſores et virginis: ut a nobis hoſtium noſtrorum propellant ferociam atque moleſtiam, aeternique regni confor- tium nobis indulgeant, et ſuae glorie participationem. Edit. Parif. de anno 1558 fol. 72. b. De origine Fefi O. O. Sanct. Io. AND. QVENSTEDIVS in antiquit. bibl. et ecclieſiaſt. haec reſerſt. GREGORIVS Papa anno Chriſti 835 festum omnium sanctorum die I. No- vembr. celebraendum iſtituit, ut, ſi quid in iis coletis omiſſum per totum anni ſpatium fuiffet, hoc die ſimul compenſaretur.

tamen meliora edocti etiam hanc appellationem ad meliorem sensum revocamus.

Sit itaque aedes restituta et noviter exornata adhuc templum omnium sanctorum, non tamen ad cultum demortuorum, qui, vere sancti, cultum respiciunt, sed in usum atque piam institutionem sanctorum viam vocationis adhuc decurrentium^{r)}. Procul sint ab iis, qui hic convertuntur sunt, profani, vel, si tales quidam sacra limina accedant, faxit Deus, ut verbi auditu virtute perculsi emendatores et sancti recedant. Ille vero, cui hoc templum iam inde, ex quo lux veritatis purior exorta est, sacram fuit, est, quem nunc conspeximus ε̄ μέλεων τε ιερών, maior templo et omnium sanctorum Sanctissimus. Is redeat ad hoc suum templum, ac praesentia sua illud illustret, nominisque sui memoriam hic perpetuam esse iubeat.

Et quum non fieri possit, quin Vobis, et inter laetitias, tristis, ante decem abhinc annos, factae huius aedis exustio-
nis subeat recordatio, versu hoc memoriali signata:

**AEDES IN IECTO PROH CORRVIT IGNE
MALIGNO:**

tanto nunc studiosiores DEI RESTITVTORIS celebretis glo-
riam, pari ratione memoriae mandandam sempiternae, his
verbis:

**AEDES IN CINERES MISERE CONLAPSA
REVIXIT.**

Justif.

^{r)} Hoc sensu in sacro codice saepe Ephl. I, 15; c. III, 8. 18; c. VI, 18. Phil. fit meptio omnium sanctorum, vide sis I, 1. c. IV, 21. 22. Col. I, 4; ad Philem. ad Rom. XVI, 15. 2. Cor. I, 1. c. XIII, 12. v. 5; ad Hebr. XIII, 24.

Iustissimas quoque referre decet gratias Celsissimo Principi, FRIDERICO AVGVSTO, Patriae Patri Indulgentissimo, quod decretum PATRIS Desideratissimi, ut et PATRI terrarum saxoniarum Vigilantissimi, antehac *Administratoris*, voluntate SVA munifica exsequi, et colophonem addere voluerit.

Certe scio, nunquam VOBIS, Viri Academiae Spectatissimi, nec et posteris, excisuram esse memoriam illius diei, quo millesimus PRINCEPS, quem anno praeterito IPSI fidem ac obedientiam spopondisset, hoc templum SVA, et, quos secum habebat, *Celsissimorum* atque *Illustrium* Comitum praesentia honestare, pronissimamque voluntatem testari placuit. Gratiama hanc omnem, quam verbis modo enarrare penes nos est, rependar summus rerum arbiter omni prosperitatis genere, regiminis felicitate, vitaeque cum Serenissima CONVGVE iucunditate et longaevitate. MATREM quoque *Electoris* Augustissimam bonis cumulet amplissimis, Prolemque EIVS nominis gloria augeat et coronet.


Nunc vero mea ad finem decurrentis meditatio, TE, Vir Magnifice summeque Venerabilis WEICKHMANNE, in primis salutat, quippe qui aedi feliciter restauratae, ex divina providentia, praepositus es facrorum hic faciendorum antistes et director. Abs re non aberrarem, si, dignitate ecclesiastica cum politica collata, TE Maiorem Domus nuncupem: veritus autem, ne laederem TVAM modestiam, cuius TE omnes norunt studiosummum, ea compellatione abstineo, rem Domino templi sui committens, qui omnem, in regno coelesti se minimum reputantem, maiorem ipso Joanne Baptista declarat. Redi itaque ad hoc templum TVAE curae creditum fuerat,

post

post diuturnum silentium, facundia, ad libere faciendum verba
in declarando Evangelii mysterio, Teque ex utraque cathe-
dra per multos adhuc annos, et iuuentuti academicae, et re-
liquo coetui sacro, praesta doctorem exoptatissimum. Toti
eriam Vniverisitati literariae, singulisque eius Ordinibus, Theo-
logorum, ICTORUM, Medicorum, et Philosophorum summum
Numen propiciat, eosque tueatur et amplificet: rem etiam
civitatis publicam dirigat, domos dirutas erigat, inque flo-
rem pristinum omnia restituar, et post calamitares immissas
suam *Vobis praefter GRATIAM omni expectatione MAIOREM*,
sigilloque munitam ⁱ⁾: יְהוָה שָׁמָךְ

ⁱ⁾ Hesek. XLVIII, 35.





Pon Ye 3188
40

ULB Halle
002 108 143

3



TA 70 L

m. 8



15.

DE

EO QVI MAIOR EST TEMPLO

AD MATTH. XII, COMM. 6.

SCHEDIASMA EPISTOLICVM

AD

**VIRVM MAGNIFICVM AC SVMME
REVERENDVM**

**IOACHIMVM SAMVELEM
WEICKHMANNVM**

S. THEOL. D. EIVSQVE PROFESS. PVBL. IN ACADEMIA
VITEMBERGENSI

SENATVS ECCLESIASTICI ASSESSOREM AEDIQVE ACADEMICAE
OMNIVM SANCTORVM DICTAE

PRAEPOSITVM

QVO PRAEMISSO

TOTI INCLVTAE VNIVERSITATI

INTER ACTVS

OB

CONSECRATIONEM AEDIS ACADEMICAE RESTAVRATAE
SOLEMNES

A. D. VI. AVG. MDCCCLXX.

QVAECVNQVE FAVSTA PRECATVR

ADAMVS GRENZ

A. M. ET AD AED. B. VIRG. QVAE DRESDAE EST
ECCLESIASTES.

DRESDAE,
LITTERIS HARPETERIANIS.

